

Acclinis falsis animus meliora recusat.

Male verum examinat omnis corruptus iudex.¹

Auf Falsches geneigt, sich der Geist des Besseren weigert.

Schlecht taugt zu erforschen die Wahrheit jeder befangene Richter.²

¹ Quintus Horatius Flaccus, Sermones II, 2

² Übersetzung von Johann Heinrich Voß

O F E L L U S.

Quae virtus et quanta, boni, sit vivere parvo,
(Nec meus hic sermo est; sed quae praecepit Ofellus
Rusticus, abnormis sapiens, crassaque Minerva)
Discite, non inter lances mensasque nitentis,
5 Cum stupet insanis acies fulgoribus, et cum

V. 1. *boni*. codd. multo maxima pars. Ald. 1519. a Lambino fere jam obtinuit. *bonis*. edd. veteres pleraeque, Acron. Schol. msc. unus alterve, quod natum c sequente littera s defendit Gesn., reduxit, quod mirum videtur, nuperrime clariss. Fea (ed. Romae 1811. 8vo) qui accipit pro *temperantibus*, ut bonus sit qui vivat contentus parvo. Quod ne cui posthac iterum placeat, rem paucis absolvamus. Atque triplex est ratio. Aut enim *boni* speciatim pro temperantibus; tum vide, quae tibi sententia oriatur: „quanta virtus sit temperantibus, esse temperantes.“ apage absurdam tautologiam! aut communiter *boni* (moralisch gut) tum sive dativus possessionis est (quae insit bonis): id et otiose dictum, et minus vere; non omnes enim boni temperantes: sive dativus commodi: id ridicule; virtus enim in omnes valet, non in bonos tantum. Sic de labe hac conclamatum esto. *boni* familiaris compellatio est, ut 2. Sat. 3, 31. 6, 95. cf. etiam Bentl. ad III. Od. 2, 1.

V. 2. *sed quae praecepit*. Hanc unice veram lectionem, quam III. codd. apud Torr. exhibent, II apud Feam, Bentl. recepit et asseruit. *quae praecepit* est i. q. praecepta. „neque hic meus sermo est, sed Ofelli praecepta sunt.“ simplicissime. et assumserunt Cuv. Sanad. Baxt. Fea. At nuperrimus in nostris editor nihilo secius vulgatam quem denuo induxit, ea ratione, „quod poeta sermonem ab Ofello habitum ad verbum referat.“ Et id secus est, et certe contra

O F E L L U S.

Wie viel Werth, ihr Lieben, es habe, von Kleinem zu leben,
(Nicht sinds Worte von mir, vielmehr von Ofellus dem Landmann
Lehren, der ganz zunftlos, so ein Weiser des gröberen Schlags ist.)
Dieses vernehmt; doch nicht bei blinkenden Tischen und Schüsseln,
5 Wenn unsinniger Glanz eu'r Auge bethöret, und wenn so

usum dicendi: *praecipere sermonem*. aliud est enim docere, aliud praecipere. Quem comparat Heindorf. locum 1. Od. 24, 2. „*praecipe lugubres cantus Melpomene*:“ is plane a nostro alienus est. nam ibi *praecipe cantus* non est *doce*, sed *praei*, ordire, praelude eis. Aptius laudari possit Quintilian 3, 1, 14 ubi Aristoteles dicitur „*praecepisse artem rhetoricam*.“ sed neque id de ediscendis verbis accipiendum. *Praecipere sermonem* nihil possit esse, nisi mandare alicui tradendum, *auftragen*. At mira haec ratio foret contraque omnem veritatis speciem, poëta si fingeretur accepisse a simplici rustico sermonem multifaria urbanitate conditum, eumque in hunc certum finem compositum, ut Romanis hominibus exponeret. Mutatur conditio, si praecepta ejus excepta suo modo poëta ornat suisque verbis proponit. Idque ipse Horatius indicat, cum inde a v. 116 Ofellum loquentem inducit.

V. 3. *Lectio abnormi*, quam habent multi mss. et ed. Fabricii a. 1541. a Bentlejo jam explosa est. *Crassa Minerva* dicitur proverbialiter, sed nusquam *abnormis*.

V. 6. *acclinis*. Hac de lectione v. Forcellinum in Thes. Edd. ante Lambinum fere exhibent *acclivis*. Locheriana a 1498 *acclivus*. Cun. et Sanad. *adclinus*. nullius exempli vocem.

- Acclinis falsis animus meliora recusat;*
Verum hic impransū mecum disquirite. Cur hoc?
Dicam, si potero. Male verum examinat omnis
Corruptus iudex. Leporem sectatus, equove
 10 *Lassus ab indomito, vel — si Romana fatigat*
Militia adsuetum graecari — seu pila velox,
Molliter austerum studio fallente laborem,
Seu te discus agit, pete cedentem aëra disco:
Cum labor extuderit fastidia, siccus, inanis
 15 *Sperne cibum vilem; nisi Hymettia mella Falerno*
Ne biberis diluta. Foris est promus, et atrum,
Defendens piscis, hiemat mare: cum sale panis
Latrantem stomachum bene leniet. unde, putas, aut
Qui partem? Non in caro nidore voluptas
 20 *Summa, sed in te ipso est. Tu pulmentaria quaere*
Sudando. pinguem vitii albumque neque ostrea,
Nec scarus aut poterit peregrina juvare lagois. —
Vix tamen eripiam, posito pavone, velis quin
Hoc potius quam gallina tergere palatum,
 25 *Corruptus vanis rerum; quia veneat auro*
Rara avis, et picta pandat spectacula cauda:

V. 14. *extulerit* mss. aliquot vitiose legunt, unde factum *expulerit*, quod Bentl. in excerptis Bodl. deprehendit Horatioque vindicavit, multis exemplis ostendens, vocab. *extundere* non nisi sensu inveniendi, acquirendi, extorquendi usu venire. Licet exempla a Wetzelio (e Celso. 4, 5) et Fea (e Quintil. Inst. Or. 1, 3, 6) allata nihil contra valeant, tamen dum Gesnero sentimus: „dura lex fuerit, si rejicere velimus omnia semel tantum observata.“

V. 15. *vilem et nisi*. — Edd. Locheri. Ascens. 1519. msc. unus ap. Feam; quod quidem haud recipiendum, sed tamen memoratu dignum censuimus.

V. 16. *atrum*. post hanc vocem distinximus, quippe quae adverbialiter, ex more Horatii, ad *hiemat* referenda sit (*atrum hiemat*) non, quod vulgo faciunt, ad *mare*. Hiemi quidem convenienter epitheton *atra* tribuitur, ut apud Virg.

- Hin zum Falschen gewandt das Gemüth sich besserm verschließet.
 Nein, ganz nüchtern müßt ihr mit mir rathschlagen. Wozu das?
 Wills euch sagen, fo's geht. Schlecht mittelt, bestochen, ein jeder
 Richter die Wahrheit aus. Hab' Hasen gejagt, sei ermattet
 10 Vom unbändigen Rofs: auch, wenn dich Römische Mannszucht
 Abmüht, Griechischer Künste gewohnt nur, mag dann der rasche
 Ball, weil Lust dich sanft läßt saure Bemühung vergessen,
 Mag dich der Discus erfreun: triff Luft, wie sie weicht dem Discus!
 Hat Arbeit so den Ekel verbannt, dann durstig und leibhohl
 15 Scheue mir Hausmannskost; mit Hymettischem Honig versetzt nur
 Wolle Falerner zum Trank; aus ist dein Schaffner, und pechschwarz
 Stürmet, die Fischbrut schützend, das Meer; o, Brod dann mit Salz wird
 Gut dir den bellenden Magen besänftigen. Wie, und woher dieß
 Meinst du, kommt? Nicht liegt im theuren Gedüfte der höchste
 20 Anreiz, nein, in dir selbst. Durch Schwitzen erziele die Beikost
 Dir: wer blafs und geschwellt vom Schlemmen ist, weder die Auster
 Labt den, weder der Springer, noch Auslandswaare, das Schneehuhn. —
 Schwer doch erreich ichs, stehet der Pfau auf, dafs du mit diesem
 Nicht viel lieber den Gaum, als dort mit der Henne, dir kitzelst;
 25 Ganz von eitelem Wahne bethört, weil Gold für den seltenen
 Vogel man zahlt, und bunt sein Schweif vor dem Auge sich aufspreizt;

Aen. VII. 214. „atra subegit hiems“ — et saepius; at mare non nisi in pro-
 cella nigrescit.

V. 21. *neque ostrea*. Sic Bentl. eumque secuti Baxt. Cuning. Sanad. Gesn.
 Combe. Wakef. Fea. Heind. Vulgo *nec*. At *neque* exhibent mss. permulti, edd.
 Locheri. Ascens. 1519. Idem restituendum II. Od. 9, 5. 16, 8. III. Od. 11, 43.
 12, 1. IV. Od. 4, 31. in Epodis saepius: in Sermonibus ter: in Epistolis nus-
 quam peccatum est. Ne multa, Horatius particulam *nec* ante vocalem in eo-
 dem versu usque vitavit, et omnes quicunque loci, in quibus adhuc talis lectio
 deprehenditur, in corruptis habendi. Indocte hac de re Bentlejus disputavit
 ad III. Od. 11, 43. Neque Cuningam. qui verum vidit, ubique sibi constitit.